

100

Vir Celeberrime atque Doctissime,
Fautor et Amice maximopere colende,

Iam dudum 1638 pro humanissimis literis, et insigni munere,
Compendio Romanarum Antiquitatum Cellianos, per eruditissimos obser-
vationibus a Re aucto, meritas gratias, memori mente, persolvere
Debuisem: Sed hoc scribendi officium quotidie differenti, et quae
sequities meae eoh procrastinanti, plus temporis, quam cuperem,
elapsum est. Praeterea cum superiori mense ad amici cuius-
dam mei, viri docti et moribus elegantissimi, villam invitatus
epeb, nec publicam bibliothecam adire septimanis aliquot diebus
et reponere labores tantisper, coactus sum. Verum ea, quae es
humanitate, Vir Celeberrime, facile ignoscas huic tarditati meae,
maxime cum ea negraqam imminuerit admirationem insi-
guis doctrinae ac virtutis S.A.E, quam, cum nuper ad nos di-
vertisces, ut omnibus, ita mihi praeceperis, sic probasti, ut

summae conjunctionis et amoris vinculis me statim adstrictum
semper. Diocletiani Imp. inscriptiones, persecutio in
Christianos excitatae testes, apud Muratorium nullas inveni,
neq; Zoldettus, aut Marangonus, similes Guterianus, enire potue-
runt. Convenit me nuper clarissimus Rianionus, Episcopii
Augustani medius, e thermis Carolinis redux, ac praeter cetera,
quae labentissime audiri, in SE et praestantissimo fratre
laudando, multas fuit, ius sitque, ut suo nomine plurimam
Vobis salutem adscriberem. Ephemerides ejus incredibiliter
comprobari intelligo, atque adeo placuisse Benedicto XIV. ponti-
fici maximo, ut litteris, humanissime et ornatisime scriptis,
pro recentissimo opere de diebus festis, gratias auctori egredit.
Pro eorum secunda lysiae, ut spero, propediem formic excede-

227

ter, cum Augustanae haud satis nitidae sint, et, qui ritus operarum
emendandis ibi adhibentur, nimis negligentes. Cel. Gorius nuper
ad me literas dedit, quibus nunciavit, Symbolorum Literariorum
volumen primum prelum typographium adhuc exercere, sed eo bre-
vi liberatum iri. His adjunctae erant, quas video, eas enim hu-
fasciulo includere, quam veredario publico committere, malui. Vale
Vir celeberrime atque Doctissime, et me Magnifico ac S.R. Patri
fratrisque optimo et omni elegantiori doctrina ornatisimo, ite-
rum atque iterum commenda. Lipsiae d. xxv. Aug. A. MDCCCLXVII

Celeberrimi Nominis IVI

cultor perpetuus,
Joh. Henric. Reinh. Lips.